# THE SARUM RITE
## Breviarium Sarisburiense cum nota.

## Tome B.
## Fasciculus 22.
Pagine 843-882.

## Feria iv. in capite jejunii.
## Ferie v. vj. et sabbato post cinerum.
## Dominica prima quadragesime.

Edited by William Renwick.

HAMILTON ONTARIO.
THE GREGORIAN INSTITUTE OF CANADA.
MMIX.

*The Sarum Rite* is published by The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada, c/o School of the Arts, McMaster University, 1280 Main Street West, Hamilton, Ontario, Canada L8S 4L8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

*The Sarum Rite* is distributed over the internet through.pdf files located at: www.sarum-chant.ca

This document first published July 1 2009.
Revised October 2011, July 2022.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada is a charitable foundation registered by the Federal Government of Canada.

www.gregorian.ca

© The Gregorian Institute of Canada, 2009.

# ℂ *Feria iiij. in capite jejunii.*[1]

## *Ad matutinas.*

*Invitatorium, hymnus, antiphone, psalmi et versus illius ferie.* [219].

*Lectio prima.* (*Augustini omelia* 47.)[2]

MIsericórdia fratres charíssimi peccatórum sunt remédia. Ipsa est que a morte líberat : et non pátitur hóminem ire in intéritum. Hec enim sola patrocinátur in die judícii, dicénte apóstolo Jácobo, Superexáltat misericórdia judícium. Judícium enim sine misericórdia : illi qui non facit misericórdiam. Talis debet esse misericórdia que suscipiátur, non que repellátur : que peccáta purget, non que ánimam gravet. Per quam tibi fácias debitórem Deum : non que te reum fáciat ante Dóminum. De justis labóribus tuis[3] : non de rebus aliénis. Tu.

℟. [1.] Páradisi portas.[4] (*iv.* 873.)

*Lectio secunda.*

AUdi Salomónem dicéntem, Honóra Dóminum de tuis justis labóribus. Quid dictúri sunt qui aliéna rapuérunt, et elemósinas fecérunt ? O Dómine in nómine tuo misericórdias fécimus, páuperes pávimus, nudos vestívimus : peregrínos hospítio recépimus. Quibus dictúrus est Dóminus, Quod dedístis dícitis : quod fecístis rapínam, quare non dícitis ? Quos pavístis memorámini : et quos necástis non recordámini. Quos vestístis gaudent : et quos expoliástis plangunt. Quos hospítio suscepístis retinétis : et quantos de suis habitatiónibus exclusístis non retinétis. Ego misericórdiam fíeri jussi : non fraudes et rapínas mandávi. Unus replétur : et álius fame tor- [*86v.*]
quétur. Non enim scit pauper ille unde sit : quod de manu tua accépit. Ille miser necátus ingémuit, ejus gémitum Dóminus audívit : qui vidit quod ei fecéris. Tu.

℟. [2.] Scíndite. (*v.* 874.)

*Lectio tertia.*

RApis aliéna et gaudes : pauper misericórdiam rogat, et contristáris, et fáciem tuam avértis. Oblítus es dictum Prophéte, Qui avértit fáciem suam a páupere : et ipse invocábit Dóminum, et non exaudiétur. Inclína aurem tuam ad egénum et fame deficiéntem : ut et tuam vocem exáudiat Deus. Elemósina a morte líberat, a morte secúnda : de qua dictum est sanctis martýribus. In his secúnda mors non habet potestátem : sed regnábunt cum Dómino Jesu Christo. Misericórdia iram Dei avértit. Audi Salomónem dicéntem, Sicut aqua extínguit ignem : ita elemósina extínguit peccátum. Da egénti, succúrre non habénti : fame pereúnti. Crudéle est ut quod habes, ei qui non habet non des : satis peccátum est, ut de tua abundántia non répleas ejus inópiam. Nam male flagellámur in rebus váriis : quia egénis non benefácimus. Re vera si consíderas homo ingráte, teípsum ego feci : quod vivis meum est, quicquid habes ego dedi tibi, et ingrátus es. Ecce mea que dedi tibi áuferam a te : sine me vive si potes. Tibi dedi ut habéres : páuperi non dedi. Quare ? Ut te probárem, non quia unde darem non hábui : sed per páuperes probáre te vólui.

℟. [3.] Abscóndite. (*vj.* 875.)

[*Require hec tria responsoria in dominica sequente in ij. nocturnorum hystorie.*][5]

## [*Ante laudes.*]

℣. Fiat misericórdia [tua.

℟. Quemádmodum.][6] [177].

## ¶ *In laudibus.*

*Antiphone et psalmi illius ferie.* [234].

*Capitulum.* [*Johel. ij.* 12.]

COnvertímini ad me in toto corde vestro, in jejúnio, et fletu, et planctu : et scíndite corda vestra et non vestiménta vestra, ait Dóminus omnípotens. [℟.] Deo grátias.

*Hoc capitulum dicatur quotidie in feriis ad laudes usque ad passionem Domini.*

*Hymnus et ℣. illius ferie.* [236].

AS:148; 1519:144r; 1531:86v.[7]

Ant. VII.i.

 2014.

Cum je-ju-ná-tis * no-lí-te fí- e-ri si-cut i-pó-



cri-te tristes. *Ps.* Benedíctus. 65*.

*Oratio.*

Presta [quésumus][8] Dómine fidélibus tuis : ut jejuniórum veneránda solénnia et cóngrua pietáte suscípiant, et secúra devotióne percúrrant. Per [Dóminum].[9]

*Hec precedens oratio dicatur ad omnes horas.*

## *Memoria pro penitentibus.*

AS:149; 1519:144v; 1531:86v.[10]

Ant. II.i

 1923.

Convertími-ni * ad me in to-to corde vestro :



in je-jú-ni- o et fle- tu et in planctu di-cit Dómi-nus.

℣. Peccávimus cum pátribus nostris.

℟. Injúste égimus iniquitátem fécimus.

*Oratio.*

EXáudi quésumus Dómine súpplicum preces, et confiténtium tibi parce peccátis : ut páriter nobis indulgéntiam tríbuas benígnus et pacem. Per [Dóminum].[11]

❡ *Ad j. et ad omnes alias horas omnia fiant sicut in precedentibus feriis. Et sic fiat quotidie usque ad quadragesimam cum oratione de die.*[12]

## *Ad vesperas.*

*Antiphone et psalmi feriales.* [331].
*Capitulum.* Dóminus autem dírigat. [315].
*Hymnus.* Celi Deus. [334].
℣. Dirigátur [Dómine ad te orátio mea.
℟. Sicut incénsum].[13] [317].

AS:149; 1519:144v; 1531:86v.[14]

Ant. I.i.

5142




*Oratio.*

INclinántes se Dómine majestáti tue propiciátus inténde : ut qui divíno múnere sunt refécti, celéstibus semper nutriántur auxíliis. Per Dóminum.

*Quotidie ab hac die usque ad cenam Domini quando de feria agitur, oratio que dicitur ad missam super populum dicitur ad vesperas nisi in sabbatis.*

## Memoria pro penitentibus.

AS:149; 1519:144v; 1531:86v.[15]

Ant. IV.i.



Uis scit si convertá-tur * et ignóscat De-us : et re- 4550



línquat post se be-ne-dic-ti- ónem.

℣. Dómine non secúndum peccáta nostra fácias nobis.

℟. Neque secúndum iniquitátes nostras retríbuas nobis.

*Oratio.* Exáudi quésumus Dómine. 846.

*Quotidie fiat memoria pro penitentibus ad vesperas et ad matutinas ab hac die usque ad cenam Domini supradicto modo quando de feria agitur.*

*Quodcunque festum ix. lectionum licet duplex* [*festum*][16] *fuerit hac die contigerit : semper differatur. Servitium vero hujus diei nullo modo debet mutari propter aliquod festum.*

*Ab hac die usque in crastinum octavarum pasche : nichil fiat de festis iij. lectionum nisi tantum memoria ad vesperas et ad matutinas de sancta Maria : que precedet memoriam de Sancto Spiritu.*

*Quandocunque festum ix. lectionum ab hac die usque ad cenam Domini celebratur : licet duplex festum fuerit : fiat solennis memoria de jejunio ad utrasque vesperas et ad matutinas sed non ad missam. Nam post missam de festo missa dicitur de jejunio utraque* [*87r.*] *ad principale altare* [*: et ad missam de jejunio fiat prostratio post* Sanctus. *More solito dicantur preces feriales : licet duplex festum fuerit ipso die*].[17]

# ℂ *Feria v.*

*Invitatorium, hymnus, antiphone, psalmi, et versus illius ferie,* [239]. *responsoria vero de hystoria dominicali dicuntur per ordinem ut ibi notatum est.*

*Lectio prima.* (*Gene. xiij.* [8.])

DIxit ergo Abram ad Loth, Ne queso sit júrgium inter me et te : et inter pastóres meos et pastóres tuos, fratres enim sumus. Ecce univérsa terra coram te est : recéde a me, obsécro. Si ad sinístram íeris, ego déxteram tenébo : si tu déxteram elégeris, ego autem ad sinístram pergam.

*Lectio ij.* [*Gen. xiij.* 10.]

ELevátis ítaque Loth óculis, vidit omnem terram circa regiónem Jordánis, que univérsa irrigabátur ántequam subvérteret Dóminus Sódomam et Gomórram sicut paradísus Dómini : et sicut Egíptus veniéntibus in Segor. Elegítque sibi Loth regiónem circa Jordánem : et recéssit ab oriénte. Divisíque sunt altérutrum a fratre suo. Abram habitávit in terra Chánaam, et Loth morátus est in óppidis que erant circa Jordánem : et habitávit in Sódomis. Hómines autem Sodómite péssimi erant : et peccatóres coram Dómino nimis.

*Lectio iij.* [*Gen. xiij.* 14.]

DIxítque Dóminus ad Abram : postquam divísus est Loth ab eo. Leva óculos tuos et vide in diréctum a loco in quo nunc es : ad aquilónem et merídiem, ad oriéntem et occidéntem. Omnem terram quam cónspicis tibi dabo et sémini tuo usque in sempitérnum : faciámque semen tuum sicut púlverem terre. Si quis possit hóminum numeráre púlverem terre, semen quoque tuum numeráre póterit. Surge et perámbula terram in longitúdine et latitúdine sua : quia tibi datúrus sum eam. Movens ígitur Abram tabernáculum suum, venit et habitávit juxta convállem Mambre que est in Hebron : edificavítque ibi altáre Dómino.

### [*Ante laudes.*]

℣. Fiat misericórdia. [177].

## ℂ *In laudibus.*

*Antiphone et psalmi illius ferie.* [256].

*Capitulum.* Convertímini. 844.

*Hymnus et versus illius ferie.* [259].

AS:149, 129; 1519:145r, 127v; 1531:87r.[18]

Ant. I.iii. 2368.




*Oratio.*

DEus qui culpa offénderis, peniténtia placáris, preces pópuli tui supplicántis propítius réspice : et flagélla tue iracúndie que pro peccátis nostris merémur propiciátus[19] avérte. [Per Dóminum nostrum.][20]

## ℂ *Ad vesperas.*

*Antiphone et psalmi feriales.* [337].

*Capitulum.* Dóminus autem dírigat. [315].

*Hymnus.* Magne Deus. [342].

*Versus.* Dirigátur [Dómine ad te orátio mea].[21] [317].

AS:149; 1519:145r; 1531:87r.[22]

2363. Ant. I.iii.




*Ps.* Magníficat. 53*.

*Oratio.*

PArce Dómine parce pópulo tuo : ut dignis flagellatiónibus castigátus, in tua miseratióne respíret. Per Dóminum.

# ℂ *Feria vj.*

*Invitatorium, hymnus, antiphone, psalmi, ℣. illius ferie.* [263]. *℟. de hystoria dominicali dicuntur per ordinem.*

*Lectio prima.* (*Gen. xiv.* [1.])

FActum est autem in illo témpore, ut Amrafel rex Sénnaar, et Arioth rex Ponti, et Chodorlaómor rex Elamitárum, et Thadal rex géntium, inírent bellum contra Bara regem Sodomórum, et contra Bersa regem Gomórre, et contra Sénnaar regem Adame, et contra Sémeber regem Séboym, contráque regem Bale, ipsa est Segor. Omnes hi convenérunt in vallem silvéstrem : que nunc est mare salis. Duódecim enim annis serviérunt Chodorlaómor, et terciodécimo anno recessérunt ab eo.

*Lectio ij.* [*Gen. xiv.* 5.]

IGitur anno quartodécimo venit Chodorlaómor et reges qui erant cum eo : percusserúntque Ráphaim in Astaroth Cárnaim et Zuzim cum eis et Emim in Sabe Cariáthaim et Chórreos in móntibus Seyr usque ad campéstria Pharan, que est in solitúdine. Reversíque sunt et venérunt usque ad fontem Mesphat, ipsa est Cades : et percussérunt omnem regiónem Amalechitárum et Amorreórum qui habitábant in Sasonthámar.

*Lectio tertia.* [*Gen. xiv.* 8.]

ET egréssi sunt rex Sodomórum et rex Gomórre, rexque Adame, et rex Séboym, necnon et rex Bale, que est Segor, et direxérunt áciem contra eos in valle Silvéstri : scílicet advérsum Chodorlaómor regem Elamitárum et Thadal regem géntium, et Amraphel regem Sénnaar, et Arioth regem Ponti, quátuor reges advérsus quinque. Vallis autem Silvéstris : habébat púteos multos bitúminis. Itaque rex Sodomórum et rex Gomórre terga vertérunt, ecciderúntque ibi : et qui remánserant fugérunt ad montem. Tulérunt autem omnem substántiam Sodomórum et Gomórre, et univérsa que
ad cibum pértinent, et abiérunt : [*87v.*]
necnon et Loth et substántiam ejus fílium fratris Abram qui habitábat in Sódomis.

AS:149; 1519:145r; 1531:87v.[23]

Ant. I.i.

 2005.

CUm fa-cis e-lemó-si-nam : * nésci- at si-nístra tu- a



quid fá-ci- at déxte-ra tu- a. *Ps.* Benedíctus. 52*.

*Oratio.*

INchoáta jejúnia quésumus Dómine benígno favóre prosequere : ut observántiam quam corporáliter exhibémus, méntibus étiam

sincéris exércere valeámus. Per [Dóminum].[24]

## Ad vesperas.

*Antiphone, psalmi, hymnus et ℣. illius ferie.*[25] [344].

*Cap.* Dóminus autem dírigat. [315].

*Hymnus.* Plasmátor. [349].

℣. Dirigátur. [317].

AS:150; 1519:145v; 1531:87v.

5193. Ant. I.i.




*Oratio.*

TUére Dómine pópulum tuum et ab ómnibus peccátis cleménter emúnda : quia nulla ei nocébit advérsitas, si nulla ei dominétur iníquitas. Per Dóminum.

## Sabbato.

*Invitatorium* [*ut in psalterio*].[26] Dóminum Deum nostrum. [287].

*Ps.* Veníte. 35*.[27]

*Hymnus.* Summe Deus. [287].

## In nocturno.

*Ant.* Quia mirabília. [289].

*Ps.* Cantáte *ij.* (*xcvij.*) [289].

℣. Dómine exáudi oratiónem. [303].

*Responsoria dicantur de hystoria dominicali suo ordine.*

*Lectio prima.* (*Gen. xiv.* [13.])

ET ecce unus qui eváserat nunciávit Abram Hébreo : qui habitábat in conválle Mambre, Amorréi fratris Eschol et fratris Aner. Hi enim pepígerant fedus cum Abram. Quod cum audísset Abram captum vidélicet Loth fratrem suum : numerávit expedítos vernáculos suos trecéntos decem et octo, et persecútus est eos usque Dan. Et divísis sóciis írruit super eos nocte, percussítque eos et spersecútus est usque Hoba : et usque Phenícem, [28] que est ad levam Damásci. Reduxítque omnem substántiam et Loth fratrem suum cum substántia illíus : mulíeres quoque et pópulum.

*Lectio secunda.* [*Gen. xiv.* 17.]

EGréssus est autem rex Sodomórum in occúrsum ejus postquam revérsus est a cede Chodorlaómor et regum qui cum eo erant in vallo Sabe : que est vallis regis. At vero Melchísedech rex Salem próferens panem et vinum (erat enim sacérdos Dei altíssimi :) benedíxit ei et ait, Benedíctus Abram Deo excélso qui creávit celum et terram : et benedíctus Deus excélsus, quo protegénte hostes in mánibus tuis sunt. Et dedit ei décimas ex ómnibus. Tu autem.

*Lectio tertia.* [*Gen. xiv.* 21.]

DIxit autem rex Sodomórum ad Abram. Da michi ánimas : cétera tolle tibi. Qui respóndit ei, Levo manum meam ad Dóminum Deum excélsum possessórem celi et terre, quod a filo subtégminis usque ad corrígiam cálige non accípiam ex ómnibus que tua sunt : ne dicas, ego ditávi Abram : excéptis his que comedérunt júvenes : et pártibus virórum qui venérunt mecum, Aner Escol, et Mambre. Isti accípient partes suas.

His itáque transáctis : factus est [*Gene. xv.*] sermo Dómini ad Abram per visiónem dicens, Noli timére Abram. Ego protéctor tuus : et merces tua magna nimis.

## ℂ *In laudibus.*

*Ant.* Benígne. [303].
*Ps.* Miserére. (*l.*) [173].

*Cap.* Convertímini. 844.

*Hymnus.* Auróra jam. [308].

◖ *Si aliquod festum ix. lectionum in hoc sabbato contigerit tunc predicti tres hymni in illo anno omnino pretermittantur.*

℣. In matutínis Dómine. [179].

AS:150; 1519:145v. 1531:87v.[29]

Ant. II.i.

4449. 


*Oratio.*

Adésto Dómine supplicatiónibus nostris, et concéde : ut hoc solénne jejúnium quod ánimis [30] corporibúsque curándis salúbriter institútum est, devóto servítio celebrémus. Per Dóminum.

# [Dominica prima quadragesima.]

1. 𝔄. ℭ Dominica 1. xl. tota dicitur hystoria et in 4. feria et [in][31] sabbato dicitur responsorium feriale.

Feria 3. et 5. fiat memoria de sanctis [Valentino et Juliana][32] ad vesperas et ad matutinas de sancta Maria.

2. 𝔄. ℭ Dominica 1. xl. tota dicitur hystoria et in 5. feria dicitur ℟. feriale.

In anno bissextili fiat servitium de sancto Mathia in sabbato. Et tunc ab hoc sabbato usque ad inchoationem hystorie *In principio.*[33] accipietur 2. 𝔊. et inchoetur ad 2. dominicam xl.

3. 𝔄. ℭ Dominica 1. xl. tota cantetur hystoria.

In 2.[34] feria cantetur ℟. feriale.

Feria 4. et 5. de festis [David et Cedda][35] ix. lectionum, omnia de communi.

4. 𝔄. ℭ Dominica 1. xl. tota cantetur hystoria.

Feria 4. et sabbato dicitur ℟. feriale.

5. 𝔄. ℭ Dominica 1. xl. tota cantetur hystoria et festum sancti Gregorii differatur in crastinum. Ad 2. vesperas que erunt de festo fiat solennis memoria de dominica et in 5. feria dicitur ℟. feriale.

1. 𝔅. ℭ Dominica 1. xl. tota dicitur hystoria.

In 4. feria et sabbato dicitur ℟. feriale.

2. 𝔅. ℭ Dominica 1. xl. servitium de dominica et in 6. feria dicitur ℟. feriale.

In anno bissextili fiat servitium de sancto Mathia in 6. feria et ℟. feriale dicitur in 5. feria et tunc ab hoc sabbato usque ad inceptionem hystorie *In principio.* accipietur 2. 𝔄. et inchoetur ad 2. dominicam xl.

3. 𝔅. ℭ Dominica 1. xl. tota dicitur hystoria.

Feria 3. de sancto David, ix. lectionum, omnia de communi unius confessoris et pontificis.

Feria 4. de sancto Cedda, ix. lectionum, [omnia] de communi unius confessoris et pontificis.

Feria 6. dicitur ℟. feriale.

4. 𝔅. ℭ Dominica 1. xl. de servitio dominicali.

Feria 4. dicitur ℟. feriale.

5. 𝔅. ℭ Dominica 1. xl. tota dicitur hystoria. Ad 1. vesperas que erunt de festo [S. Gregorii][36] et[37] solennis memoria de dominica et in 4. feria dicitur ℟. feriale.

1. 𝕮. ¶ Dominica 1. xl. tota dicitur hystoria et nichil de festo.[38]
Feria 4. et sabbato dicitur ℟. feriale.

2. 𝕮. ¶ Dominica 1. xl. tota dicitur hystoria et in 6. feria dicitur ℟. feriale.
In anno bissextili fiat servitium de sancto Mathia in 5. feria. Et ab hoc sabbato usque ad inceptionem hystorie *In principio.* accipietur 2. 𝕭. pro littera dominicali et inchoetur ad 2. dominicam xl. [*88r.*]

3. 𝕮. ¶ Dominica 1. xl. tota dicitur hystoria.
Feria 2. de sancto David, ix. lectionum, omnia de communi unius confessoris et pontificis.
Feria 3. de sancto Cedda, ix. lectionum, omnia de communi unius confessoris et pontificis : et in 6. feria dicitur ℟. feriale.

4. 𝕮. ¶ Dominica 1. xl. tota dicitur hystoria.
Feria 4. dicitur ℟. feriale.
Feria 6. de sancto Gregorio.

5. 𝕮. ¶ Dominica 1. xl. tota dicitur hystoria.
Feria 4. dicitur ℟. feriale.
Feria 5. de sancto Edvvardo. Ant. *Iste sanctus.* Capitulum. *Beatus vir qui in sapientia.* ℟. *Beatus vir qui suffert.*
Sabbato de sancto Cuthberto, ix. lectionum.

1. 𝕯. ¶ Dominica 1. xl. tota dicitur hystoria.
Feria 4. et sabbato dicitur ℟. feriale.[39]

2. 𝕯. ¶ Dominica 1. xl. tota dicitur hystoria.
Feria 4. et sabbato [dicitur][40] ℟. feriale.

3. 𝕯. ¶ Dominica 1. xl. tota dicitur hystoria, et festum [Cathedre][41] sancti Petri differatur in crastinum, et in 6. feria dicitur ℟. feriale.
In anno bissextili fiat servitium de sancto Mathia in 4. feria. Et abhinc usque ad 2. diem[42] Augusti accipietur 2. 𝕮. pro littera dominicali et inchoetur ad 2. dominicam xl.

4. 𝕯. ¶ Dominica 1. xl. tota dicitur hystoria, et festum sancti David differatur usque ad 3. feriam.
Feria 2. de sancto Cedda, ix. lectionum. Oratio &c. de communi unius confessoris et pontificis.
Feria 3. de sancto David, ix. lectionum, omnia de communi.
In 6. feria dicitur ℟. feriale.

5. D. ¶ Dominica 1. xl. tota dicitur hystoria et in 4. feria dicitur ℟. feriale.
Feria 5. de sancto Gregorio.[43]

1. E. ¶ Dominica 1. xl. de servitio dominicali.
Feria 4. et sabbato dicitur ℟. feriale. Memoria de festo [S. Scolastice V. in iv. feria[44]][45] ad vesperas et ad matutinas beate Marie.

2. E. ¶ Dominica 1. xl. tota dicitur hystoria.
In 4. feria dicitur ℟. feriale et [in] sabbato vespere erunt de dominica et solennis memoria de apostolo [Petro].[46]

3. E. ¶ Dominica 1. xl. de servitio dominicali. 2. vespere erunt de apostolo [Mathia],[47] et solennis memoria de dominica et in 5. feria dicitur ℟. feriale.
In anno bissextili fiat servitium de apostolo in 3. feria et vespere in dominica erunt de dominica. [Et festum S. David differatur in 3. feriam hebdomade proxime.][48] Et abhinc usque ad inceptionem hystorie *In principio.* accipietur 3. D. pro littera dominicali. Et sabbato [nisi in annis bissextilibus][49] de sancto David ix. lectionum. Oratio &c. de communi unius confessoris et pontificis.

4. E. ¶ Dominica 1. xl. tota dicitur hystoria et festum sancti Cedde differatur in crastinum et ibi fiant ix. lectiones de communi unius confessoris et pontificis.
Feria 5. dicitur ℟. feriale.

5. E. ¶ Dominica 1. xl. de servitio dominicali.
In 5. feria dicuntur ℟. ferialia.
Feria 4. de sancto Gregorio, cap. *Ecce sacerdos.*

1. F. ¶ Dominica 1. xl. de servitio dominicali.
In 4. feria et sabbato dicitur ℟. feriale et memoria de sancto [Valentino, in 5. feria][50] ad vesperas de sancta Maria.

2. F. ¶ Dominica 1. xl. tota dicitur hystoria et in 4. feria dicitur ℟. feriale.

3. F. ¶ Dominica 1. xl. de servitio dominicali : 2. vespere erunt de sancto Mathia cum pleno servitio in crastino et solennis memoria de dominica.
Feria 5. dicitur ℟. feriale.
Feria 6. de sancto David, omnia de communi unius confessoris et pontificis.
Sabbato de sancto Cedda, omnia de communi unius confessoris et pontificis.
Si fuerit bissextus tunc [festum S. David erit in Sabbato.[51] Et][52] abhinc usque ad inceptionem hystorie *In principio.* accipietur 3. E. pro littera dominicali et inchoetur ad dominicam 2. xl.

4. F. ¶ Dominica 1. xl. de servitio dominicali.

Feria 4. et sabbato dicitur ℟. feriale.

In 5. feria memoria de festo [S. Perpetue][53] ad vesperas et ad matutinas de sancta Maria.

5. 𝕱. ¶ Dominica 1. xl. de servitio dominicali.

Feria 5. dicitur ℟. feriale.

Feria 3. de sancto Gregorio. Cap. *Ecce sacerdos.*

1. 𝕲. ¶ Dominica 1. xl. de servitio dominicali.

Feria iv. et sabbato dicitur ℟. feriale.

2. 𝕲. ¶ Dominica 1. xl. tota de servitio dominicali et in 4. feria dicitur ℟. feriale.

Sabbato de sancto Mathia. 2. vespere erunt de apostolo : et solennis memoria de dominica.

In anno bissextili fiat servitium de sancto Mathia in 2. feria sequenti : et tunc ad 1. vesperas fiat solennis memoria de dominica et abhinc usque ad inceptionem hystorie *In principio.* accipietur 2. 𝕱. pro littera dominicali et inchoetur ad 2. dominicam xl.

3. 𝕲. ¶ Dominica 1. xl. de servitio dominicali et in 4. feria dicitur ℟. feriale.

Feria 5. et 6. de sanctis [David et Cedda] [54] ix. lectionum. Oratio &c. de communi unius confessoris et pontificis.

4. 𝕲. ¶ Dominica 1. xl. de servitio dominicali.

In 4. feria et sabbato dicitur ℟. feriale.

5. 𝕲. ¶ Dominica 1. xl. de servitio dominicali. 2. vespere erunt de sancto Gregorio. Cap. *Ecce sacerdos.*[55] et solennis memoria de dominica.

In 5. feria dicitur ℟. feriale.

# ℭ *Dominica prima xl.*

## *Ad vesperas.*

*Ant.* Benedictus. [352].
*Ps.* Ipsum. (*cxliij.*) [352].

*Capitulum.* (2. *Cor. vj.* [1.])

Hortámur vos ne in vácuum grátiam Dei recipiátis : ait enim, Témpore accépto exaudívi te : et in die salútis adjúvi te. [℟.] Deo grátias.

℟. Eméndemus in mélius. *iij.* 871.

HS:33r; 1519:145v; 1531:88r.[56]

Hymn. II.

8300.





Somno jo-cis et ár-ti- us, Persté-mus in custó-di- a.



4. Vi-témus autem péssima, Que súbru- unt mentes va-gas :



Nul-lúmque de-mus cál-li-do, Hosti lo-cum ty-ránni-dis.



5. Di-cámus omnes cérnu- i, Clamémus atque síngu-li :



Plo-rémus ante jú-di-cem, Flectá-mus i- ram víndi-cem.



6. Nostris ma-lis of-féndimus, Tu- am De- us cle-ménti- am :



Effúnde no-bis dé-su-per, Remís-sor indulgénti- am.



7. Eménto quod su-mus tu- i, Li-cet ca-dú-ci plásma-tis :



Ne des honó-rem nómi-nis, Tu- i pre-cá-mur álte-ri.



8. La-xa ma-lum quod géssimus, Auge bonum quod póscimus :



Pla-cé-re quo tandem ti-bi, Póssi-mus hic et pérpe-tim.



9. Presta be- á-ta Trí-ni-tas, Concé-de simplex Uni-tas : Ut



fructu- ó-sa sint tu- is, Je-ju-ni- ó-rum mú-ne-ra. A- men.

℣. Angelis suis Deus mandávit de te.

℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

AS:150; 1519:146r; 1531:88r.[57]

Ant. VIII.i. 2532.



EC- ce nunc * tempus acceptá-bi-le ecce nunc di-



es sa- lú-tis, in his ergo di- é-bus exhi-be- ámus nos si-cut



De- i mi-nístros : in mul-ta pa- ti- énti- a, in vi-gí-li- is in



je-jú-ni- is : et in ca-ri-tá- te non ficta. *Ps.* Magníficat. 69*.

*Oratio.*

DEus qui ecclésiam tuam ánnua quadragesimáli observatióne puríficas : presta famílie tue, ut quod a te obtinére abstinéndo nítitur, hoc bonis opéribus exequátur. Per [Dóminum].[58]

## ℂ *Ad completorium.*

AS:150; 1519:146r; 1531-P:44v; 1531:88r.[59]

Ant. VI.



SIgná-tum est * su-per nos lumen vul-tis tu- i Dó- sar0114.



mi-ne : De-us de-dís-ti le-tí-ci- am in corde me-o.



*Ps.* Cum invocárem. (*iiij.*) [362].

*Cap.* Tu in nobis es Dómine. [364].

AS:150; 1519:146v; 1531-P:44v; 1531:88r.

6921. Resp. VIII.



IN pa- ce

*Chorus prosequitur.*



* in i-díp-sum. †Dórmi- am et re-qui- és-cam.

*Clericus.*

6921a.



℣. Si dé-de-ro somnum ó-cu-lis me-is : et pál-



pe-bris me-is dormi-ta-ti-ónem.

[*Chorus.*]



†Dórmi-am et re-qui-és-cam.

*Clericus.*



℣. Gló-ri-a Pa-tri et Fí-li-o : et Spi-rí-tu-i Sanc-to.

[*Chorus.*]



℟. In pa-ce.

1519:146v; HS:34v; 1531-P:44v; 1531:88v.

Hymn. II.

 sar0810.

CHriste qui lux es et di-es, * Noctis te-nébras dé-te-gis : [*88v.*]



Lu-císque lumen cré-de-ris, Lumen be-á-tum pré-di-cans.



2. Pre-cámur sancte Dómi-ne, De-fénde nos in hac nocte :



Sit no-bis in te réqui- es, Qui- é-tam noctem trí-bu- e.



3. Ne gra-vis somnus írru- at, Nec hostis nos surrí-pi- at :



Nec ca-ro il-li consénti- ens, Nos ti-bi re-os stá-tu- at.



4. O-cu-li somnum cá-pi- ant, Cor ad te semper ví-gi-let :



Déxte-ra tu- a pró-te-gat, Fámu-los qui te dí-li-gunt.



5. De-fénsor noster áspi-ce, Insi-di- ántes réprime :



Gu-bérna tu- os fámu-los, Quos sángui-ne mercá-tus es.



6. Meménto nostri Dómi-ne, In gra-vi isto córpo-re :



Qui es de-fénsor á-nime, Adésto no-bis Dómi-ne.



7. De-o Pa-tri sit gló-ri- a, E-júsque so-li Fí-li- o : Cum



Spí-ri-tu Pa-rá-cli-to, Et nunc et in perpé-tu- um. Amen.

*Versus.* Custódi nos Dómine.
[℟. Ut pupíllam óculi sub umbra alárum tuárum prótege nos.][60]

AS:151; 1519:146v; 1531-P:45r; 1531:88v.

Ant.
IV.ii.



sar0023.

CUm vi-dé-ris nu-dum * ó- pe-ri e- um : et carnem



tu- am ne des-pé-xe-ris : tunc e-rúmpet qua-si ma- ne



lumen tu- um : et gló- ri- a Dómi-ni cól- li-get te.



*Ps.* Nunc dimíttis. [367].

¶ *Hec prcedicta antiphona super psalmos scilicet* Signátum est. *et* ℟. In pace. *et hymnus* Christe qui lux. *dicantur quotidie ad completorium usque ad passionem Domini*

*de quocunque fit servitium, antiphona vero super psalmum* Nunc dimíttis. *per xv. dies dicitur.*

[ ℂ *Sciendum est quod quandocunque aliquod festum in quadragesima celebratum fuerit nichil de completorio quadragesimale est mutandum.*][61]

## ℂ *Ad matutinas.*

AS:151; 1519:147r; 1531:88v.[62]

1110. Invit. VII.i.




HS:36r; 1519:147r; 1531:88v.[63]

8398. Hymn. II.






## ℭ *In primo nocturno.*

*Ant.* Servíte Dómino. [12].

*Ps.* Beátus vir. (*j.*) [12].

℣. Dicet Dómino.

℟. Suscéptor meus es tu, et refúgium [meum][64] Deus meus. *Non dicatur ulterius.*

¶ *Sex prime lectiones de sermone beati Leonis pape* [*legantur*].[65]

*Lectio prima.*[66]

LIcet nobis dilectíssimi appropinquánte pascha jejúnium quadragesimális observántie ipse legíttimi témporis cursus índicat : cohortátio tamen étiam nostri sermónis adhibénda est, que auxiliánte Dómino nec inútilis sit pigris, nec onerósa devótis. Nam cum omnem observántiam nostram rátio istórum diérum poscat augéri : nemo est ut confído de vobis, qui se ad opus horum non gáudeat incitári. Natúra enim nostra adhuc manénte mortalitáte mutábilis, étiam si ad summa queque virtútum stúdio provehátur : semper tamen sicut potest habére quo récidat, ita potest habére quo crescat. Et hec est perfectórum vera justícia, ut nunquam se presúmant esse perféctos, ne ab itíneris nondum finíti intentióne cessántes : ibi íncidant in deficiéndi perículum, ubi proficiéndi deposúerint appetítum. Tu autem.

AS:151; 1519:147v; 1531:88v.[67]

1. Resp. III.

6600.



6600a.




*Lectio secunda.*

QUia ergo nemo est nostrum dilectíssimi tam perféctus et sanctus, ut perféctior sanctiórque esse non possit, omnes simul sine differéntia gráduum, sine discretióne meritórum, ab his ad que pervenímus, in ea que nondum apprehéndimus, pia aviditáte currámus, et ad mensúram consuetúdinis nostre necessáriis áliquid addámus augméntis. Parum enim religiósus álio témpore demonstrátur : qui in his diébus non religiósior invenítur. Unde oportúne áuribus nostris léctio apostólice predicatiónis insónuit dicens, Ecce nunc tempus acceptábile : ecce nunc dies salútis. Quid enim accéptius hoc témpore, quid salúbrius his diébus, in quibus bellum víciis indícitur, et ómnium virtútum proféctus augétur ? Semper tibi quidem o ánima Christiána vigilándum contra salútis tue adversárium fuit : ne ullus páteret locus tentatóris insídiis. Sed modo tibi major cáutio, et solértior est assuménda prudéntia : quando idem hostis tuus acrióri sevit invídia. Tu [*89r.*] autem Dómine.

AS:151; 1519:147v; 1531:89r.[68]

6920.

6920a.




*Lectio tertia.*

Nunc enim in toto mundo potéstas ei antíque dominatiónis aufértur : et innúmera illi vasa captivitátis rapiúntur. Renunciátur atrocíssimo predóni a pópulis ómnium natiónum, omniúmque linguárum : et nullum jam genus hóminum repéritur, quod non jam tyránnicis légibus reluctétur dum per omnes fines terrárum regeneránda in Christo multórum mílium mília preparántur, et appropinquánte nove creatúre ortu, spiritális nequítia ab his quos possidébat extrúditur. Fremit ergo expoliáti hostis ímpius furor, et novum querit lucrum : quia jus pérdidit antíquum. Captat indeféssus et pérvigil si quas repériat oves a sacris

grégibus negligéntius evagántes : quas per proclíva voluptátum et per devéxa luxúrie in diversória mortis indúcat. Inflámmat ítaque iras, nutrit ódia, ácuit cupiditátes : írridet continéntiam, íncitat gulam. Quem enim tentáre non áudeat, qui nec ab ipso Dómino nostro Jesu Christo conátus sue fraudis abstínuit ? Nam sicut Evangélica patefécit hystória, cum Salvátor noster post quadragínta diérum noctiúmque jejúnium, infirmitátis nostre in se recepísset esúriem : gavísus diábolus signum se in eo passíbilis atque mortális invenísse natúre, ut exploráret poténtiam quam timébat, Si Fílius (inquit) Dei es : dic ut lápides isti panes fiant. Tu autem Dómine.

AS:152; 1519:148r; 1531:89r.[69]

3. Resp. II.




6653.

6653a.



cum pá-tri-bus nos-tris : injúste é-gimus, i-niqui-tá- tem



fé- ci- mus. †At-ténde.

℣. Glória Patri. 93*. †Atténde.

## In ij. nocturno.

*Ant.* Bonórum meórum. [25].

*Ps.* Consérva. (*xv.*) [25].

℣. Ipse liberávit me.

℟. De láqueo venántium et a verbo áspero.

*Lectio quarta.*

Poterat útique istud Omnípotens, et fácile erat ut ad Creatóris impérium in quam juberétur spéciem cujúslibet géneris natúra transíret : sicut cum vóluit in convívio nuptiárum aquam mutávit in vinum. Sed hoc magis salutíferis dispensatiónibus congruébat : ut nequíssimi hostis astútia, non poténtia Deitátis, sed humilitátis mystério vincerétur. Dénique fugáto dyábolo et ómnibus ártibus cállidi tentatóris elísis : accessérunt ad Dóminum ángeli et ministrábant ei. Confundántur ígitur fílii dyáboli atque discípuli, qui repléti inspiratióne vipérea símplices quosque decípiunt, negántes in Christo utrámque veram esse natúram, dum aut Deitátem hómine, aut hóminem Deitáte despóliant : cum unius témporis gémino documénto utráque fálsitas sit perémpta, quia et per famem córporis perfécta humánitas, et per famulántes ángelos demonstráta est manifésta divínitas.

AS:152; 1519:148r; 1531:86r.[70]

4. Resp. VIII.

7348.




7348b.

*Lectio quinta.*

Quia ergo dilectíssimi (sicut Redemptóris nostri magistério edócti sumus) non in solo pane vivit homo sed in omni verbo Dei : prompta devotióne et alácri fide suscipiámus solénne jejúnium. Non

de stérili inédia, quam plerúmque et imbecíllitas córporis et avarície morbus índicit : sed in larga benivoléntia celebrándum, ut simus de illis de quibus ipsa véritas dicit, Beáti qui esúriunt et sítiunt justítiam : quóniam ipsi saturabúntur. Delície ígitur nostre sint ópera pietátis : et illis cibis qui nos ad eternitátem nútriunt, impleámur. Letémur in refectiónibus páuperum : quos impéndia nostra satiavérunt. Jocundémur in véstitu eórum : quorum nuditátem induméntis necessáriis texérimus. Séntiant humanitátem nostram egritúdines decumbéntium, imbecillitátes debílium, labóres éxulum, destitútio pupillórum, et desolatárum laménta viduárum : in quibus juvándis nemo est qui non áliquam possit éxequi benivoléntie portiónem.

AS:153; 1519:148v; 1531:86v.[71]

7626.






*Lectio sexta.*

NUlli enim parvus est census : cui magnus est ánimus. Nec de rei familiáris modo pendet mensúra pietátis. Majóra quidem sunt impéndia dívitum, et minóra medíócrum,[72]
[89v.] sed non discrépat óperum fructus : ubi idem est affécctus operántium. In ista autem dilectíssimi exercendárum opportunitáte virtútum : sunt et aliárum insígnia virtútum, que nullo dispéndio horreórum, nulla pecúnie diminutióne captántur, si repellátur lascívia, si abdicétur ebríetas, et carnális concupiscéntia castitátis légibus edométur. Si ódia tránseant in dilectiónem, si inimicítie convertántur in pacem, si tranquíllitas extínguat iram, si mansuetúdo remíttat injúriam, si dominórum dénique atque servórum tam ordináti mores sint : ut et illórum potéstas mítior, et istórum sit disciplína devótior. Hac ígitur observántia dilectíssimi obtinébitur misericórdia Dei : et abólito peccatórum reátu, religióse venerándum pascha celebrábitur, per Jesum Christum Dóminum nostrum.

AS:153; 1519:148v; 1531:86v.[73]

6. Resp. VIII. 6012.









6012b.




## ℭ *In iij. nocturno.*

*Ant.* Precéptum. [34].

*Ps.* Celi enárrant. (*xviij.*) [34].

℣. Scápulis suis : obumbrábit tibi.

℟. Et sub pennis ejus sperábis.

[*Evangelium*][74] *Secundum Matheum, iiij.* [1-11.]



IN illo témpore. Ductus est Jesus in desértum a Spíritu, ut tentarétur a diábolo. Et cum jejunásset quadragínta diébus et quadragínta nóctibus : póstea esúriit. Et relíqua.

*Omelia beati Gregorii pape.* [*xvj.*][75]

DUbitári a quibúsdam solet, a quo spíritu ductus sit Jesus in desértum : propter hoc quod súbditur, Assúmpsit eum diábolus in sanctam civitátem. Et rursum, Assúmpsit eum in montem excélsum. Sed vere et absque ulla dubitatióne conveniénter accípitur, ut a Sancto Spíritu in desértum ductus credátur : ut illuc eum suus Spíritus dúceret : ubi hunc ad tentándum malígnus spíritus inveníret. Sed ecce cum dícitur Deus homo vel in excélsum montem vel in sanctam civitátem a diábolo assúmptus : mens refúgit, humáne hoc audíre aures expavéscunt. Que tamen non esse incredibília ista cognóscimus : si in illo et ália facta pensámus.

BL-52359:105v; AS:154; 1519:149r; 1531:89v.[76]

7. Resp. V.




6910.

6910a.

*Lectio octava.*

Certe iniquórum ómnium diábolus caput est : et hujus cápitis membra sunt omnes iníqui. An non diáboli membrum fuit Pylátus ? An non diáboli membra Judéi persequéntes, et mílites crucifigéntes fuérunt ? Quid ergo mirum si se permísit ab illo in montem duci, qui se pértulit étiam a membris illíus crucifígi ? Non est ergo indígnum Redemptóri nostro quod tentári vóluit : qui vénerat occídi. Justum quippe erat ut sic tentatiónes nostras suis tentatiónibus vínceret : sicut nostram vénerat mortem sua morte superáre.

AS:154; 1519:149r; 1531:89v.[77]

8. Resp. VIII.

7778.




7778a.

*Lectio nona.*

SEd sciéndum nobis est, quia tribus modis tentátio ágitur : suggestióne, delectatióne, consénsu. Et nos cum tentámur plérumque in delectatiónem aut étiam in consénsum lábimur : quia de carnis peccáto propagate, in nobisípsis étiam gérimus unde certámina tolerámus. Deus vero qui in útero Vírginis incarnátus, in mundum sine peccáto vénerat : nichil contradictiónis in semetípso tolerábat. Tentári ergo per suggestiónem pótuit : sed ejus mentem peccáti delectátio non mo-

mórdit. Atque ídeo omnis illa diabólica tentátio : foris non intus fuit. Sed si ipsum órdinem tentatiónis ejus aspícimus : pensámus[78] quanta magnitúdine nos a tentatiónibus liberémur. Tu [autem Dómine miserére nostri].

AS:154; 1519:149v; 1531:89v.[79]





℣. Glória. 95*. ‡Si Fí-li- us.

*Feriale responsorium.*

AS:155; 1519:150r; 1531:89v.[80]

Resp. I.

6087.



AN- ge-lis su- is * mandá- vit de te ut custó-



di- ant te in ómni- bus vi- is tu- is. †In má-



ni-bus portá- bunt te. ‡Ne unquam offén-das ad lá-pi-

6087a.



dem pe- dem tu- um. ℣. Su-per áspi-dem et



ba-sí-li-cum ambu-lá- bis : et con- culcá-bis le-ónem et



dra-có- nem. †In ma-ni-bus. ℣. Gló-ri- a. 93*. ‡Ne unquam.

*Hoc ℟. erit tertium : quotiens dicetur de iij. nocturno per ebdomadam scilicet de*

*temporali.*

## [*Ante laudes.*]

[*90r.*] ℣. Ipse liberávit me.

℟. De láqueo venántium et a verbo áspero.

## ℭ *In laudibus.*

AS:155; 1519:150r; 1531:90r.[81]

1. Ant. I.ix.



COr mundum * cre- a in me De-us : et spí-ri-tum 1929.



rectum ínno-va in viscé-ri-bus me- is. *Ps.* Miserére. (*l.*) [173].

AS:155; 1519:150r; 1531:90r.[82]

2. Ant. II.i.



O Dómi- ne * sal-vum me fac : o Dómi-ne be-ne 4024.



prospe-rá-re. *Ps.* Confitémini Dómino. (*cxvij.*) [95].

AS:155; 1519:150v; 1531:90r.

3. Ant. II.i.



SIc be-ne-dí-cam * te in vi-ta me- a Dómi- ne : 4919.



et in nó-mi-ne tu-o le-vá-bo ma-nus me-as.



*Ps.* Deus Deus meus. (*lxij.*) [47].

AS:155; 1519:150v; 1531:90r.[83]

4. Ant.
II.i.



3288. IN spí-ri-tu * hu-mi-li-tá-tis et in á-nimo contrí-



to sus-ci-pi- ámur Dómi-ne a te : et sic fi- at sacri-



fí-ci- um nostrum ut a te susci-pi- á-tur hó-di- e, et plá-



ce- at ti-bi Dó-mi-ne De- us. *Ps.* Benedícite ómnia. (*Daniel iij.*) [48].

AS:156; 1519:150v; 1531:90r.

5. Ant.
II.i.



3584. LAudá-te * De- um ce-li ce-ló-rum, et aque omnes.



*Ps.* Laudáte. (*cxlviij.-cl.*) [49].

*Cap.* Hortámur vos. *ut supra.* 859.

HS:37r; 1519:150v; 1531:90r.[84]

Hymn. II.

 8267.

AUdi be-nígne cóndi-tor, Nostras pre- ces cum flé-ti-



bus : In hoc sacro je-jú-ni- o, Fu-sas quadra-ge-ná- ri- o.



2. Scru- tá-tor alme cór-di- um, In-fírma tu scis ví-ri- um :



Ad te re-vér-sis éxhi-be, Remissi- ó-nis grá- ti- am.



3. Multum qui-dem peccá-vimus, Sed parce confi- ténti-bus :



Ad laudem tu- i nó-mi-nis, Confer me-dé- lam lángui-dis.



4. Sic corpus extra cónte-ri, Do-na per absti-nénti- am :



Je-jú-net ut mens sób-ri- a, A la-be pror-sus crí-mi-num.



5. Pre-sta be- á-ta Trí-ni-tas, Concé-de simplex Uni- tas : Ut



fructu- ó-sa sint tu- is, Je-ju-ni- ó-rum mú-ne-ra. A- men.

℣. Scuto circúndabit te véritas ejus.
[℟.] Non timébis a timóre noctúrno.

AS:156; 1519:151r; 1531:90r.

2431. Ant. I.v.



DUctus est Je-sus * in de-sértum a Spí- ri- tu ut



tenta-ré-tur a dy- á-bo- lo : et cum je-ju-nás-set quadra-



gínta di- é-bus et quadra-gínta nócti-bus, póste- a e-sú-



ri- it. *Ps.* Benedíctus. 52*.

*Oratio.* Deus qui ecclésiam. 862.

## ℭ *Ad j.*

AS:156; 1519:151r; 1531:90r.

Ant. I.ii.

 3485.

JEsus autem * cum je-ju-nás-set quadra-gínta



di- é-bus et quadra-gínta nócti-bus : póste- a e-sú-ri- it.



*Ps.* Deus Deus meus réspice. (*xxj.*) [91].

## ℭ *Ad iij.*

AS:156; 1519:151r; 1531:90r.[85]

Ant. I.v.

 3919.

NOn in so-lo * pa-ne vi-vit ho- mo : sed in



omni verbo De- i. *Ps.* Legem pone. (*cxviij.* 33.) [132].

*Cap.* Hortámur vos. *ut supra.* 859.

AS:156; 1519:151r; 1531:90r.[86]

Resp. VIII.

 7353.

PArtí-ci-pem

*Chorus prosequitur.*



* me fac De- us ómni- um timénti- um te. †Et cus-



to-di- én-ti- um mandá- ta tu- a.

*Clericus dicat.*

7353a. 

℣. Aspi-ce in me et mi-se-ré-re me- i : se-



cúndum ju-dí-ci- um di-li-génti- um nomen tu- um.

†Et custodiéntium. ℣. Glória Patri. 95*. [*Chorus prosequatur* ℟.][87] Partícipem.

℣. Dicet Dómino.

℟. Suscéptor meus. 868.

## ℂ *Ad sextam.*

AS:157; 1519:151v; 1531:90r.[88]

Ant. II.i.

5239. 

TUnc assúmpsit * e- um di- á-bo-lus in sanctam ci-



vi-tá-tem : et stá-tu- it e-um supra pinná-cu-lum templi :



et dix-it e-i, Si Fí-li-us De-i es, mitte te de- órsum.



*Ps.* Defécit. (*cxviij.* 81.) [141].

*Capitulum.* (2 *Cor. vj.* [2.])

Ecce nunc tempus acceptábile, ecce nunc dies salútis : némini dantes ullam offensiónem, ut non vituperétur ministérium nostrum.

AS:157; 1519:151v; 1531:90r.[89]

Resp.
VIII.



AB omni 6006.

*Chorus prosequatur totum responsorium.*



* vi-a ma- la pro-hí-bu-i pe- des me- os. †Ut cus-



tó-di- am mandá- ta tu- a Dó- mi- ne.

*Clericus.*



6006a.

℣. A ju-dí-ci- is tu-is non decli-ná- vi : qui-a




†Ut custódiam. ℣. Glória Patri. 95* [℟.][90] Ab omni.

*Versus.* Ipse liberávit me. 872.

## ℭ *Ad nonam.*

AS;157; 1519:152r; 1531:90r.[91]

5303. Ant. I.iii.







*Capitulum.* (2 *Cor. vj.* [4.])

IN ómnibus exhibeámus nosmetípsos sicut Dei minístros in multa patiéntia[, in jejúniis multis, per arma justície. [℟.] Deo grátias].[92]

AS:157; 1519:152r; 1531:90r.[93]

6401. Resp. II.




*Chorus prosequatur.*



[*Clericus.*]

 6401a.

℣. Decla-rá-ti- o sermónum tu- ó-rum dat intel-léctum



Dómi-ne. †Tu- am. ℣. Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li- o :



et Spi-rí-tu- i Sancto. ℟. Declá-ra.

℣. Scápulis suis obumbrábit tibi. 876.

## ℭ *Ad vesperas.*

*Ant.* Sede a dextris meis. [311].

*Ps.* Dixit Dóminus. (*cix.*) [311].

*Cap.* Hortámur vos. 859.

AS:157; 1519:152r; 1531:90r.

Resp. VI.

 6673.

ES-to no- bis

*Chorus prosequatur.*



* Dómi- ne †Tur- ris forti- tú-di- nis.

*Clericus dicat.*




6673a.

❡ *Hoc ℟. dicatur quotidie ad vesperas per xv. dies : nisi in sabbato et in festis sanctorum.*

*Hymnus.* Ex more docti. 859.
℣. Angelis suis. 861.

AS:158; 1519:152v; 1531:90r.

4609. Ant. III.iv.




*Oratio.* Deus qui ecclésiam tuam. 862.

*Supradictus ordo ℣. hujus dominice ad utrasque vesperas et ad matutinas et ad alias horas servetur usque ad passionem Domini tam in feriis quam in dominicis quando de temporali agitur : excepto quod quando versus* Ipse liberávit me. *dicitur ante lectiones tunc ante laudes dicitur versus* Scápulis suis. 876.

## Notes, pages 843-890.

[1] In 1531:86r. the page-header is 'Feria iiij. cinerum.'
[2] Cf. *Augustini Opera,* v. 3201, Appendix. Sermo 310. [SB:dliv.]
[3] SB:dlv. adds '[fac elemósynam]'.
[4] 1531:86r. prints the full text of the three responsories of this day. The edition follows the order of 1519, and places the text and music in matins of the first Sunday of Lent.
[5] 1519:144r; AS:148.
[6] 1519:144r.
[7] In 1519:144r. 'nolíte' is set D.DE.D 'ypócrite' is set C.DB.B.A. In BL-52359:102r. 'ypócrite' is set C.CA.B.A.
[8] 1519:144r.
[9] 1519:144r.
[10] In BL-52359:102r. 'jejúnio' is set D.F.G.F. BL-52359:102r. omits 'in'; et planctu' is set F F.EF.
[11] 1519:144v.
[12] 'cum oratione ferialibus.' 1519:144v.
[13] 1519:144v.
[14] 1531:86v. has 'neque tínea'.
[15] In AS:149 'benedictiónem' is set F.D.G.F.E.E
[16] 1519:144v.
[17] 1519:145r.
[18] In AS:126, 1519:127v. PEN:54v. and 65r. and BL-52359:102v. 'in' is set G. In AS:149. and 1519:145r. 'in' is set F.
[19] 1519:145r. omits 'propiciátus'.
[20] 1519:145r.
[21] 1519:145r.
[22] In AS:149 'verbo' is set FG.F.
[23] In BL-52359:102v. 'sinístra' is set F.GA.FE; 'fáciat' is set GA.G.G. In PEN:65v. 'fáciat' is set GA.GF.F.
[24] 1519:145v.
[25] 1519:145v. shows greater accuracy here by indicating simply 'Antiphone et psalmi feriales, ' since the hymn and versicle have incipits, but omits mention of the versicle. On the other hand, 1531:87v. indicates the principle behind the selection: that all these items are from the ferial cycle.
[26] 1519:145v.
[27] 1519:145v. appears to skip from here to '*Si aliquod festum* . . .' on page 846.
[28] 'et usque Phenicem' does not appear in the *Vulgate*.
[29] In 1519 'aspexísti' is set D.FE.DE.D. In BL-52359:103r. 'aspexísti' is st D.EFE.D.D; 'humiliávimus' is set D.C.D.F.FG.F.F. This latter variant can be consideed an intentional alteration which reduces the range of the antiphon.
[30] 'animábus', 1519:145v.

[31] SB:dlxv.
[32] SB:dlxv.
[33] *De historia* In principio, *vide supra annotaciunculam in p. dii.* [SB:dlxv.]
[34] 1531:87v. has '6.' This is corrected silently in SB:dlxv.
[35] SB:dlxv.
[36] SB:dlxv.
[37] *Pro* 'et' *legendum videtur* fiat. [SB:dlxv.]
[38] 'S. Valentini, nisi ad vesperas et matutinas B. Virginis. Feria iii. ad vesperas et matutinas B. Virginis, memoria de sancta Juliana.' *Directorium* 1495, 1501. [SB:dlxv.]
[39] 'Feria iii. et sabbato, ad vesperas et ad matutinas de sancta Maria fiant memorie de sanctis Scolastica et Valentine.' *Directorium* 1495, 1501. [SB:dlxvii.]
[40] SB:clxvii.
[41] SB:clxvii.
[42] usque ad primam diem Augusti (J. E. L.). [SB:dlxvii.]
[43] 'Nota quod in omnibus festis duplicibus in xl. contingentibus pulsabitur ad completorium cum 2 campanis una vice tantum secundum Ordinale Sarum.' *Directorium* 1495, 1501. [SB:dlxvii.]
[44] 'in iv. feria.' *Directorium.* (Nescio an esse debeat *in ii. Feria.*) [SB:dlxvii.]
[45] SB:dlxvii.
[46] SB:dlxvii.
[47] SB:dlxvii.
[48] SB:dlxix.
[49] SB:dlxix.
[50] SB:dlxix.
[51] 'in dominica vespere erunt de dominica; de apostolo in iii. feria.' *Portif.* 1525-6, *sed perperam.* [SB:dlxix.]
[52] SB:dlxix.
[53] SB:dlxix.
[54] SB:dlxix.
[55] 'Nota quod in omnibus festis duplicibus in xl. contingentibus ad utrumque completorium pulsabitur cum duabus campanis una vice tantum, secuudum Ordinale.' *Directorium* 1495, 1501. [SB:dlxxi.]
[56] In 1519:145v. stanza 8. begins 'Laxa malum quod fécimus.'
[57] In 1519:146r. 'his' appears as 'hiis', set CD.E.
[58] 1519:146r.
[59] AS:150. sets 'letíciam' FE.D.C.C.
[60] 1519:146v.
[61] 1519:147r.
[62] In 1519:147r. 'vigilántibus' is set A.ADC.CBAGG.AG.G. In BL-52359:104r. 'lucem' is set DED.D; 'corónam' is set FA.CDCDEED.CB. In PEN:66v. 'lucem' is set DCBCDCBC.CB.

[63] In 1519:147r. the third line of the melody ends Dc C. In PHM:31. the third line of the melody ends DC C. In PEN:66v. 'clamántum' is set as if it had four syllables: D.ED.CD.C.

[64] 1519:147r.

[65] 1519:147r.

[66] *Leonis* de Quadragesima Serm. ij. *Opera,* p. 85. [SB:dlxxiv.]

[67] 1519:147v. and BL-52359:104v. have no flat at 'virtútis'. In BL-52359:104v. the second 'ecce' is set F.D; 'patiéncia' has too few neumes: G.FGAF.FED.ED. In AS:151. 'jejúniis' is set DF.EF.DC.CD. PEN:67r. has no flat at 'commendémus'.

[68] In 1519:147v. 'Ut' is set DCFe; in PEN:67r. 'Ut' is set DF. In BL-52359:104v. the responsory appears thus:




BL-52359:104v. has no flat at 'dantes'. In PEN:67r. 'ministérium nostrum' is set A.GA.FG.FED.DFGFGFE DEFEF.ED.

[69] In 1519:148r. 'mortis' is set CDD.A. In BL-52359:103r. from spácium onwards the music appears a fifth lower, except for '-rére', which appears a fourth lower; 'inveníre' is set CD.D.DC.D.

[70] In 1531 this ℟. and the two that follow appear on Ash Wednesday. In 1519:148r. 'apériet' is set DD.DFF.DC.D; 'injúste' is set D.CD.DC. In BL:52359:105r. 'suscipiámus illud' is set GAg.G.G.G.GAC CABCB.AG; 'deprecántes' is set GF.GA.AGAGFG.GF.

[71] 1519:148v. indicates B♭ only in the ℣. In 1519:148v. the first 'vestra' is set AGAGF.FGDCDED. BL-52359:105r. has no flat at 'vestiménta'.

[72] 'medióccrium', *Legend* 1518.

[73] BL-52359:105r. has no flat at 'ora'; 'sicut' is set G.A. In PEN:67v. 'sicut' is set G.A.

[74] 1519:149r.

[75] *Gregorii* in Evangelia Homil. xvj. *Opera,* i. 1492. [SB:dlxxix.]

[76] The setting of 'pópulo tuo et ne des' is treated differently in the sources. The edition follows BL-52359:105v. PEN:68r. and BL:154. have B-flat at 'pópulo tuo'. 1519:149r. includes B♭ at 'des'; AS:154. has B♮ only at 'et ne des'; PEN:68r. has B♭ throughout. In BL-52359:105v. 'orábant' is set D.CAC.DCCACGGF; 'vestíbulum' is set C.C.C.CA; no flat appears at 'dicéntes'.

[77] 1531:89v. has 'sed ut magis convertátur et vivat.' In 1531:89v. the ℣. omits 'Dóminus'. BL-52359:105r. has 'set ut convertatur'; 'ut is set F.

[78] 'pensémus' SB:dlxxxi.

[79] In 1519:149v. 'Si' is set G.

[80] In BL-52359:106r. 'mandávit' is set Fa.AGA.GAGE; no flats appear until the verse; 'ómnibus' is set G.F.FFGF; 'portábunt' is set Dc.DFF.DEd; 'unquam' is set ACD.CA. In PEN:68v. no flats appear until 'lápidem'.

[81] In BL-52359:106r. 'Cor' is set D; there are no flats. PEN:68v. has no flats.

[82] In AS:155. the second 'Dómine' is set F.A.GA.

[83] BL-52359:106v. has 'a te ut', set G D D.

[84] The sources indicate variants to this melody. HS:37r. indicates simply D for the first syllable of the melody. HS-1531:37r. emends this to Dc. In 1519:150v. 'benígne' is set F.EF.DE. In HS:37r. 'cum' is set to F; this is followed in the subsequent verses. In BL-52359:106v. 'Fusas' is set D.DG.

[85] In 1519:151r. 'in' is set CDc.

[86] In BL-52359:107r. 'mandata' is set GAGFGA.G.GACBABCBA.

[87] 1519:151v.

[88] In BL-52359:107r. 'in' is set D.

[89] In BL-52359: 'via' is set C.CB; 'pedes' is set CC.BCDCBABCBA; 'tua' is set BAAGA.AGGFACAAG. In BL-52359:107r. and PEN:69v. 'meos' is set GABAGA.AG.

[90] 1519:152r.

[91] In BL-52359:107r. 'temptábis' is set Ga.GFG.G.

[92] 1519:152r.

[93] In 1519:152r. 'misericórdiam' ends DFGFFD.D. In BL-52359:107r. 'Declára' is set D.F.EFGFG; 'intelléctum' is set F.F.F.ED. BL-52359:106r. has 'tuum Dómine', but only the music for 'Dómine' appears; 'Spirítui' is set F.E.D.E.